Status Prædioli Czarna. 1

Illustrissimi Excellmi et Rdssmi Dni Dni Mecenates benignssmi

Anno 1768 in Festo S. Gregorij mar. juxta Decretum Illmi Capituli, quia Procurator Perll. Rdssmus Dnus Coadjutor primiceriatus Antonius Zawadzki tradidit mihi Prædiolum Czarna dictu Ad quod condescendentes, vacuum, desolatum, sine ullis sepimentis et vasibus, quibus vis utensilibus, nec quidem ad hauriendam aquam, absenteq tenutore anteacto, verum mendico quodam ibidem reperto invenimus. Inventarium tradidit mihi, ut conficiatur, iteravi, sed cum omnia devastata exportata fuissent, nihil fuit adinventandum, proindeq Perll. Rdssmus Dnus Procurator nihil confecit.

Taliterq cum nullam notitiam de conseminatura habuissemus, vocatis duobus subditis, super Inventarium et rebus prædioli percontabamur, verum subditi præter duo dolia siliginis conseminata, se omnia ignorare dicebant, solum de avena aliqua, et hordeo ad fundum spectantibus, anonime recognoscebant.

Proindeq descendi ad Perll. Rdssmum Dnum Georgium Kolubinski, quem Commissarium eo tempore designatum, qui Rdssmus exhibuit chartulam frumentorum aliquorum in qualitate et quantitate connotativam, et quidem tenoris sequentis.

1mo	Zyta	Beczek	4.
2do	Owsa	Beczek	2
3tio	Jeczmienia	Omm.	10
4to	Grochu	Cwierc	1.
5to	Gryki	Pul Omm.	2
6to	Pszenicy	Cwierc	1
7mo	Konopi	Garcy	2
8vo	Siemienia	Garcy	3
9no	Koni 8 z drabami		

Itaq iam invente seminatura adhibui diligentiam omnissa, uti ad fundum spectantia recuperare, adivi Illmu Rdssmu Dnu Suffraganeu Samogicien, quatenus pertenutorem, et Antecessorem meum fundum spoliantem, reintegrari mandet, ipsumq tenutorem debite allocutus, sed omnissa minime effectuata. Compulsus itaq omnia emere, ad vernalem seminaturam. Taliterq præter duo Dolia siliginis, nihil accepi conseminata, testis Perll. Rdssmus Dnus Antonius Zawadzki Coadjutor et loci subditi.

Appromisi me restauraturum prædiolum, quam ad proportionem proventus etiam non neglexi.

1mo Granarium cooperui sine tecto existens

2do Circumdedi ut potui sepibus prædiolum

3tio Ædificavi noviter Residentiam ad habitandum, cooperuiq absq tamen adaptatione intrinsecus.

4to Comparavi ligna aptissima ad construendam tabernam, ad prædium collocavi, notabili sumptu. Quod autem cuncta ædificia perficere non potuerim, rationes sunt sequentes.

1mo quia sumptus correspondere debent fructibus, restauratio prædij totius exigit ad minimum duo millia flor. cum taberna,

2do Per annos primos duos, nihil quidquam fere accipere potui, ex quo sub conniventia Illmi Dni Numers, etiam vicinis et subditis equi exotici exercitus prata depasculati sunt, in Praedio residebant pascentes equos, Testes sunt Vicini et Subditi.

3tio Mcus Czyz inhibuit in antiquo loco aedificare Tabernam, itaque ne inaniter fiant sumptus, debui abstinere, qui ad praesens citavit ad ~~nia~~ Judicia subcameratia. Ita etiam Mcus Dnus Anusnicki incessanter violentias intulit cum Patribus ord. Praedic. quibus ad tempus negotium complanavi. Ita etiam cum Mco Tomaszewicz, recipiendo ab ipso pratum ad currum feni 6. sed differentia restat circa agros.

4to Subditi nullum timorem habent, ad libitum ad labores exeunt,

5to Quidam Sartor a quatuor annis quotannis per fl. 10 juxta cartam ab Illmo Suffraganeo eidem datam non exsolvit. Demum arguti subditi statim ad Illmas Personas Capitulares recurrunt. Taliterque nullus modus eos compescendi; qui ad omnia audaces

6to Quaedam Vidua duos filios uxoratos habens, plus occupat terrae, quam duo subditi. Solvit 20 fl. et non ultra. Quae nisi in protectionibus confideret, labores ducendo dierum per hebdomam praestaret. Sane hoc Praediolum, Cmetonibus non indiget, verum subditis, quoniam non est, qui restaurentur aedificia. Quorum in locum tres inveniuntur, ad labores perficiendos se submittentes.

Itaque si Illmo Rdssimo Dno Capitulo placuerit, cum hac conditione.

1mo ut aliquis delegetur ad componendum negotium cum Mcis Czyz et Anusnicki, in causa Juris differend. etc quia alias Taberna secure extrui non potest.

2do ut dimensio fiat agrorum subditorum, quoniam Duo Subditi, et tertij subditi locum occupant, et inter se, agros praedij et prata occultant, aliis ad colendum tribuunt, neque mihi manifestant.

3tio Ut Sutor mihi exsolvat 40 flor: remanentes, cum eque onera Sacrificiorum per 10 lutorum juxta fundationem sustinuerim

4to ut Sebas ad fundum extradetur,

5to Subditi ab Illmo Capitulo super fluo non protegant, verum dispositioni et inspectioni meae, salvo jure Perill. Rdssimi Dni Procuratoris Generalis Capitularis subijciantur

6to ut a causis Capitularum Personarum Illmarum promotione singillata in Consistorio Vilnensi sim exceptus. Verum quod pure Illmum Capitulum totum respiciunt, gratis obligatus sim. sub praemissis Conditionibus, Submitto me per annos 4. hic praescriptos, totum praedium debite ut oportet cum Taberna in restauratione completurum

Quibus circa Osculum Pedum Illmi et Rdssimi Dni Capituli Vilnensis devinctissimo cultu maneo.

Paulus Meyer
Nob. Capituli[?]

Status Bidij
Czarna Riti

Eba Calami boni et aba
menti negri.